NICOLAUS DE LYRA

Salzburg/Bayern, um 1450 Seite 277r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8378
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sup. vij capto Addit etiam alia
ratio scilicet ne si remanerent ali
qui eorum cum filijs israel pertraherent
eos ad ydolatriam et hoc notatur
cum dicitur Ne forte doceant vos etc.
Cum obsederis hic ostenditur quid
sit agendum in obsidione aduer
sariorum quantum ad arbores et sub
hoc intelliguntur vinee et con
silia de quibus dicitur Non succides
arbores de quibus vesci potes et
hoc quia poterant eis proficere tempore
obsidionis edendo de fructibus
et etiam tempore captionis quia terra ex
reseruatione talium erat melior
et aptior ad inhabitandum et per
consequens si talis ciuitas erat intra
terram promissionis erat me
lior prohibitione ipsorum Si autem
extra redderet eis melius tri
butum et hoc notatur cum dicitur
quoniam lignum est et non homo
qui diceret non potest fugere nec con
tra te bellare nec fructus suos
ibi denegare et ex hoc patet
quod si ciuitas expugnanda esset
ita fortis quod filij israel desperaret
de eius acceptione et recede
ret de obsidione poterant talia
excidere quia si remanerent de
seruiret vtilitati aduersariorum
et per consequens esset eis in nocumen
tum et hoc modo filij israel reces
serunt de obsidione vrbis regie
filiorum amon succisis arbori
bus fructiferis regionis iiij
Regum iij etc. C. xxi.

Quando inventum fuit
postquam actum est de
homicidio cuius actor
cognoscitur hic generaliter agitur de
illo cuius actor ignoratur ad
cuius investigationem secundum quod dicit
Ra. moyses de ciuitate propin
quiori loco in quo fuerat factum
homicidium vitula accipiebantur
et occidebantur et carnes eius in
loco occisionis relinquebantur in
putredine conuertende locus etiam
ille remanebat incultus et hijs
duobus purificabatur illa ciuitas
Senes etiam ciuitatis iurabant
quod non fuerant negligentes de cu
stodia viarum ita quod per negligen
tiam eorum non contingeret illud ho
micidium hoc autem iuramentum
non libenter facerent si sciret ad
de perpetratione dicti homicidij nec
ciues predicta dampna sustinerent
et ideo ad vitandum predicta fre
quenter probabantur homicidia quia
ut communiter de ciuitate propinquiori
loco facti homicidij quia diffici
le erat quando verba aliqua et su
spitiones concurrissent inter ci
ues De actore illius homicidij
hijs dictis per magna parte patet
littera Tollet vitulam de armen
to quod sit sufficientis etatis que
non traxit iugum etc. que debe
bat esse fortis et non fracta la
bore et hoc erat ad inferendum
maius dampnum quibus non prodent
homicidium et duceret eam ad
vallem asperam etc. per quod designatur
horror homicidij perpetrati et
cedent in ea ciuites vitule ad
designandum quod homicidia et celan
tes homicidium essent digni do
lorosa morte accedent sacer
dotes qui erant ceteris certiores
in iudicijs perspicatores in fac
tis requirendis ad iudicandum
si de actoribus homicidij apparet
aliquod signum leuabuntque manus
suas ad designandum suam innocentiam